



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvatris, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

245. Dominica 11. post Pentecost. Dominus Iesus præest Regno virtutum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

438 · Dominica II. post Pentecost.  
febris. 3. Melius erat illis non agnoscere  
justitia: 2. Pet. 2. denique ait D. August.  
Psalm. 83. Si canis reversus ad vomitum  
ret oculis tuis, tu quid eris oculis Dei? Sal-  
tado B. Virginem Hymno consueto: *Ma-  
ris stella.*

MEDITATIO CCXLV.

Dominica II. post Pentecosten.

*Dominus IESVS praest Regno  
virtutum.*

**V**idebo Dominum virtutum undique  
iis cinctum, & petam adaperiri mihi au-  
rem ad intelligendum regnum virtutum,  
linguam ad illud impetrandum.

Conf. 1. Verba Domini Joan. 8. Ego  
superius sum, quae interprete Augustino, *ma-  
ca virtutes, quibus nihil superius. Vos de ter-  
sum estis, id est, ut ait Origenes, sursum ter-  
non habetis, aut, ut loquitur D. Chrysost. hic  
Nihil spirituale intelligentes, terrena sapitis.*

Conf. 2. Nihil Deo gratus esse, quam  
quis regno virtutum inseratur, & Christum  
imitetur, juxta illud D. Chrysost in Pl. 22.  
*Virtus mater gloria: Quia per quod opus  
Deus maxime innotescit & honoratur, illud  
est majori gloriae Deo: ut si Deus creare pos-  
set alterum Deum sibi aequalem per omnia  
satis inde constaret potentia Dei infinita  
liquaequ*



*Dominica 10. post Pentecosten.* 439

liquæque perfectiones Divinæ: sed non potest alter esse Deus, idèoque, ut nihilominus, quàm maximè Deus innotesceret, fecit opus, quo non potest majus, naturam humanam assumendo. Itaque per Christum maximè honoratur Deus. Ergo, qui Christo imitatio-  
no propior fuerit, nihil Deo gratius faciet. Nihil sibi melius; quis nemo Christo est par in quærenda gloria Dei: igitur, qui propius accedet ad Christum D. propius accedet semper ad majorem Dei gloriam. Unde similior erit Christo Domino, & deinceps Deo, quia Christus est Imago Dei. Non ambulabit in tenebris, habebit lumen vitæ, illuminationem mentis practicam, puritatem cordis, æstimationem & fervorem rerum Dei, salutem, meritum, omne bonum.

*Conf. 3. Quia Virtus de illo exibat. Marc. 3.*  
qui non est de hoc mundo, sed de supernis virtutibus, earumque Rex, ut etiam ad mensuram sumptione sanctissimi Sacramenti deriventur dona virtutum, orabo adaptari præparatione debitâ.

**MEDITATIO CEXLVI.**

*Teria 2. Domin. II. post Pentecost.*

*De instrumentis virtutum.*

**V**idebo Dominum in monte, circa quem  
jacent omnis generis instrumenta virtu-  
um. Petâ ea obtinere. **T 4. Conf.**